



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. II. Examen conscientiæ qui olim & quomodo fecerint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

non est opportunus, quam vesperi conscientiam convenire, diei errores in numerum, aut certe in cumulum redigere, & quid, quæ ratione sequenti luce sit cavendum, statueret. Et nisi hoc modo, quotidie teipso fias melior, securè credas, aut conscientiam sepius non examinatum, aut obiter tantum & perfundit. Si ferveat hic industria, non potest ei non par fructus respondere. Quod si levi brachio, anhelus ad lectum & semisopitus, oculis in somnum jam turgentibus, solum in ceremoniarum morem, hoc conscientiae iudicium instituas, non erit hoc verum sed merito nomine iudicium, aut iudicii larva, locors & ignava cogitationum discursatio. Ex hoc fonte talis emanabit rivus. Eadem post menses & annos in te vivent vitia quæ prius æquè pronis in iram, facili ad impatientiam, instructus ad superbiam, & æquè procax in verbis, asper & mordax in dictis, dissolutus & levis in moribus, verbo, eris antiquus *Dormitanti*. Et in promptu causa est, nunquam domi tuæ es, nunquam te deprehendis, nunquam te observas, teipsum nunquam ferò accusas: vis in tranquillo frigore, omnia fluere sinis, ut fluint, pacificus homo es, sed malo tuo. Vitiis tuis quietem non turbas, cum defectibus tuis non litigas, cum concupiscentiis tuis non pugnas. Quid multis? pacificus homo es, in tuam maximam perniciem. Alges & torpes; tunc solum vivacissimus, cum aut comedendum est, aut ludendum, aut etiam irascendum. Hic in te vivunt omnia, hic vir, hic athleta es, & heros.

§. II.

GERAR. In me hæc omnia declamas, an in absentem alium? **POL.** Gerarde, ne metuas, nihil hæc contra te; nisi tu binominis sis, & non tam *Gerardus*, quam *Dormitanti* audias. In *Dormitanti* omnia à me dicta sunt & dicuntur: illum, inquam, qui qualis olim fuit, talis est & hodie, qui in placido ignavia statu perennat, qui nunquam obedientiorem habet somnum, quam cum ei cum conscientia loquendum, qui in se nunquam aut raro admodum descendit: qui omnia alia scire fatagit, præter se, miserabili neglectu animi: verdo, qui dormit, cum vigilandum foret. At hac ratione nemini familiaris fit virtus, non enim natura dat virtutem, multò minus locordia; ars est, bonum fieri. Hanc artem dat exacta sui notitia, & quotidiani profectus ingens desiderium. Istam autem & istud non docet nisi examen conscientiae nullo die neglectum. Initium salutis, notitia peccati. Qui peccare se nescit, corrigi non valet. Idco **D. Bernardus** tam sollicitus in suos paterfamilias: *Vnde*, inquit, rogo dilectissimi fratres, ut unusquisque vestrum intret in cubiculum suum, sopor conscientiam suam, se querat in angulis cordis, circumseat latebras mentis. Idem inculcans alibi: *Redeamus*, inquit, ad nos & discutiamus conscientiam nostram. **GERAR.** Sed quæ lex, à quo, & quibus lata est conscientiae diebus singulis examinanda? **POL.** Ut video, Gerarde, ex Volontatibus non es, si lege vis cogi. Sed veniam da; sensim eò te ducam, ut ad solem cernas, quod etiam nunc inter nubila videtur abdutum. Primum erit scire, quam hoc profus novitium inventum non sit. Certe omni ævo fuerunt, qui sicut ultimam, ita primariam dei actionem esse voluerunt, suam vesperi conscientiam excutere, eoque vel ipsius naturæ lege ac luce præeunte ducebantur. Paucos è piis nominabo, tuendæ huic veritati.

CAPVT II.

Examen Conscientiae qui olim, & quomodo fecerint.

Ratio profus & Natura huc impellunt. Et ausim dicere, hoc naturæ scitum esse: a quo die dei acta cum animo suo repetere, simulque dispicere quid in lucem posteram aut omisso sit futurum optimum, aut fa-

Tom. I.]

Actu. Indi sapientes, quos *Gymnosophistas* dicebant, nulum suæ disciplinæ adolescentem ad mensam admittebant, nisi prius conscientia suæ subiisset examen. Imò quod pudorem nobis merito incurrat, mensam iis accumbere non licebat, qui in tertio huius examinis capite (ad morem nostrum loquor) non pulchrè stetit: impransus, importus, incoactus ejiciebatur domo, qui nil præclari à se gestum commeminisset. Luculentè id testatur ille à *Madaura* philosophus. Verba illius integra tibi admetiar. Igitur, ubi mensa posita, priusquam edulia apponantur, omnes adolescentes ex diversis locis ridor. & officiis ad dapem conveniunt. Magistri perrogant: Quod factum à lucis ortu, ad illud diem, bonum fecerint? hic, alius se commemorat inter duos arbitrum delectum, sanata similitate, amicos ex inferis reddidisse: inde alius, se se parentibus quippiam imperantibus obediisse: alius, aliquid meditatione suâ reperisse; vel alterius demonstratione didicisse. Qui nihil habet afferre cur prandeat, impransus ad opus foras extruditur.

B O pulchrum institutum! & nunquid vel apud Christianos melius possit? O legem saluberrimam! quæ si hodie vigeat, multi dies plurimis jejuni forent ducendi, quod se se his iudiciis vel non siterent, vel pejus itarent in iudicio. En legem, Gerarde, brevem & strictam: Aut non prande, aut prius Conscientia rationem redde. Vis esse? ostende prius te laborasse. Et cur nos ipsi nobis non dicamus vespere: Vis dormire? ante cogita, quam bene vigilaveris. Festina ad lectum? prius tecum disquire, qualis in templo, in foro, in domo, qualis in mensa, qualis alibi fueris. Adeone verò à recto sensu degeneramus, ut quod siverunt fecerintque idololatraz, id nesciant Christiani, aut (quod pejus est) facere nolint quod faciendum sciunt?

§. I.

Phocyldes, si *Stobæo* fides, primus omnium moralium docuit quotidie seipsum ad hoc Conscientia tribunal citare. *Pythagoras* certe nominatus ille è porticu philosophus, tam occupatus non fuit aut somniculosus, quin prius in seipsum descenderet, quam somnum caperet; & quidquid die toto egisset, se iudice damneret vel absolveret. Unde apud *Pythagoreos* pulcherrimum hoc institutum usus quotidiani fuit: Quid quoque die dixeris, audieris, egeris, vespere commemorare. Et hoc est apud Conscientiam suam examen instituire, & seipsum sibi velut censorem aut iudicem ferre.

Quid prætergressus? quid gestum in tempore, quid non? Faciebat hoc idem Conscientia examen & *P. Sextius*, eo ipso vir optimus; & adeò sibi nihil indulgebat, adeò & somnum vincere, & negotia differre, & cogitationes in potestate habere potuit, ut consummato die, cum se ad nocturnam quietem recepisset, (cum *Seneca* loquor) interrogaret animum suum: Quod hodie malum tuum sanasti? cui vicio obstitisti? quâ parte melior es? O *Pythagora*, o *Sexti*! quam nos Christiani non paria vobis facimus, in consuetudine tam Christiana! Ah! quam hic congruè illud Christi vociferaret: *Viri Nivita* (viri idololatraz) surgent in iudicio cum generatione istâ, & condemnabunt eam.

Nosti, quid Vir bonus (hic titulus carminis est apud *Maronem*) de hoc quotidiano examine conscientia moneat. Ille igitur vir bonus:

Index ipse sui, totum se explorat ad unguem.
Quid proceres, vanis, ferat quid opinio vulgi
Securus iusto trutinæ se examine pensat:
Ne quid hiet, ne quid protraheret, angulus aequi
Partibus ut coeat, nil ut deliret *AMVSIS*.
Sit solidum quodcunque subest: nec mania subitus
Indicet adnotus digitis pellentibus ictus.
Non prius in dulcem declinat lumina somnum
Omnia quam longi reputaverit acta diei.

Li

Que

Neglectu
examinis
conscientia
eade post
annos cau-
satur in
nobis vi-
tia.An est bo-
num fieri,
de quo
dicitur.
Sicut p. 1. 3.Etenim p. 2.
in cura
Dum.Præterea, de
huius dom.Basil. p.
commen-
ad ma.Etenim
dom. cap.
1. 19.Examen
conscientia
est magis
genua ad
omnem
animi
motum.

Quae praetergressus? quid gestum in tempore, quid non?
Cur isti facti decus absint, aut ratio illis?
Quid mihi praeteritum? cur haec sententia sedet?
Quam melius mutare fuit! miseratus egentem
Cur aliquem fracta per se mens dolorum?
Quid volui quod nolle bonum foret? utile honesto
Cur malus ante tui? num dicto aut denique vultu
Perstrictus quisquam? cur me natura magis, quam
Disciplina trahit? sic dicta, & facta per omnia
Ingrediens, ortoque à vespere cuncta revolvens,
Offensus pravis, dat palmam, & premia rectis.

En Virum verè bonum: tales similes. Neque unus tantum alterve (quod quis objiciat) è Romanis Graecisque hoc fecit, & conscientiam vespere discussit; plures in hac classe numeramus, inter quos & laudatissimus ille L. Annaeus Seneca, qui viros religiosos multos, qui Sodales Parthenios plerisque, ausim dicere, aut aequavit in hoc, aut superavit.

§. II.

ERat Seneca potens in aula, Imperatoris doctor & moderator, inter strepitum & discursus aulicos, & tamen examen hoc conscientiae non omittebat: erat in conjugio cum uxore, & tamen vespere conscientiam suam super diei actis audiebat: erat in studiis semper aut negotiis, neque tamen studia aut negotia potiora habebat, hac utilissimam in seipsum animadversionem: erat inter amplissimas opes, atque si voluisset, inter maximas voluptates & delicias, & tamen sub noctem, sepositis omnibus, solius conscientiae negotium tractabat. Ipsum tibi testem sisto locupletissimum. De fide non est quod quidquam ambigamus: malim ego Senecae narranti credere, quam multis aliis jurantibus. *Propter, inquit, hac potestate, & quotidie apud me causam dico. Cum sublatum è conspectu lumen est, & contigit uxor, moris mei jam conscia, totum diem mecum scrutor, facta ac dicta mea rememor. Nichil mihi ipse abscondo, nihil transeo. Quare enim quidquam ex erroribus meis timeam, cum possim dicere: Vide ne istud amplius facias, nunc tibi ignosco.*

Obstupesco, quoties haec lego, nec sine admiratione & rubore unquam legi. Homini tot negotiis, tot studiis, nobili etiam uxore distracto, hac tam arcta & quotidiana in seipsum inquisitio fuerit? Et, obsecro te, Gerarde, considera mihi, quae vir iste incomparabilis examinis hujus capita sibi statuerit, quos in seipso errores notarit, quid in dictis suis factisque culpat. Sic seipsum acculans: 1. In illa, inquit, disputatione pugnacius locutus es. Audite litigiosi. 2. Illum liberius admonuisti quam debebas: itaque non emendasti sed offendisti. De cetero vide, non tantum an verum sit quod dicis, sed an ille cui dicis, veri patiens sit. Audite critici, & omnium censores. 3. Minus honorato loco positus, irasci coepisti convivatori, vocatori, ipsi, qui tibi pra-

Lib. 3. de Ira cap. 36. Senecae quotidianum examen conscientiae.

Quae sibi hujus examinis capita statuerit. Loc. jam cit. cap. 36.

Idem e. 37. ferebatur. Audite superbi & iracundi. 4. Non aequi quendam oculis vidisti, quia de ingenio tuo male locutus est. Audite invidi ac malevoli? & oculos atque dentes continere discite. En, quantus vir, quam opulentus, neque tam ad opes suas, quam ad suam conscientiam fuit attentus. Possedit Seneca (quod ei Suillius approbat) ter millies HS. is modus nobis esset 7500000. hoc est, septuagies quinquies centena millia philippicorum: ipsi septem miliones auri cum dimidio. Opes paene regiae, fateor. Sed & virum dignum opum vi majore! qui divitias, & quidem tantas in sinu positas & circumfusas sibi, potuit non adorare, potuit ridere, contemnere. O virum omni laude majorem, qui potuit in divitiis paupertatem non odisse, semetipso & ex se nascentibus bonis contentus esse. Divitiarum contubernio non corrumpi, sinè tam praclarum quam rarum est, quod Annaeus hic noster habuit, qui non cum suis numis, sed cum libellis suis, secum ipse assidue locutus est. Et quod nos aliis libentissime facimus, hoc ipse sibi fecit, hoc est, de se apud se male existimavit.

Apud Tacit. l. 13. Annal.

A Ita, mi Gerarde, Seneca examen conscientiae, petinde ac si lex cogeret, quotidianum sibi esse voluit, nec sine profectu. Nam ipse de se: Hoc mihi satis est, inquit, quotidianum aliquod ex vitis meis demere, & errores meos obviare. O beatissimum vel hoc ipso argumento non tantum magnum, sed verè bonum! & qui non scripsit sensuque solum talia, sed fecit. Et homines Christiani, Sodales Parthenii, viri Religiosi, hunc stimulum virtutis rejiciant.

CAPUT III.

Examen Conscientiae quanta utilitatis sit, & quantum id à Sanctis impense commendatum.

Vilitatem hujus sanctissimae in seipsum inquisitionis nescire non potest, nisi qui caeli & tartari securus, vivit in diem, & passim corvos sequitur, nec ullum post mortem tribunal aut judicem pertimescit. *Viri max. Prov. 1. li. inquit Salomon, non cogitant judicium. Talem mihi da, vesp. 1.* & videbis quam is vel ab ipsis idololatriis longè superetur: da, inquam, talem, & dices: Hic homo non inflatur viam quae ducat ad caelum: jocando, ridendo, cachinando toros dies traducit, securus mortis, & post illam secuturi judicii. Transacto die cenat idem hilariter, cenam confabulatio, confabulationem somnus excipit. Hunc ille ordinem, hanc dici methodum servat.

O curae in terris animae & caelestium manes!

O mi homo, quid demum habes quod hic obducas? sanctissimos illos eremi angelos, Antonios, Hilarios, Onuphrios imitari non vis? Senecas saltem, & Sextios, & Pythagoras te meliores esse non finas. Et quae tuae occupationes tanta, ut hoc non possis quod potuerunt occupatissimi? Priscis illis persuasissimum fuit, diem pessimè finiri, nisi sic finiretur: paene perisille sibi censabant diurnas horas, quae non haberent hanc diei clausulam, hoc somni procludium. Nimirum hinc maximum ad probos mores emolumentum capiebant, hanc unam ad virtutem viam compendiosissimam credebant, in hoc continua tranquillitatis portu persistebant. Equid enim pulchrius simul & utilius hac consuetudine exequenda totum diem? qualis ille somnus post recognitionem sui sequitur? quam tranquillius, altius, ac liber, cum aut laudatus est animus, aut admonitus, & speculator sui censorque secretis cognoscit de moribus suis? Detumescit sensum superbia; mens avata se latius expandit; libido frantum recipit; mitescit ira, eritque moderator; omnia vitia minus sibi licere credent, si sciverint sibi quotidie ad judicem esse veniendum. Sed in digitos mitto hujus examinis vespertini commoda.

§. I.

Somnus etsi tranquillius esse possit & placidus, tutus, & esse non potest, nisi praemittatur ei hoc conscientiae examen. Nam paene idem est, ignis in sinu, & peccatum in conscientia. Is demum secure dormit, cui dicere licet: Jam rationes posui cum Deo meo; promptus paratus sum ad omnem Dei nutum. Nec vivere recuso, nec mori pertimesco; bonum Dominum habemus. Huic ego me meaque omnia quam integerrimè committo. Ades somne, & fac officium; jam tuus sum. Hoc est, mi Gerarde, inter brachia Christi Domini suaviter obdormire.

2. Aurora insequens tantò erit jucundior, quanto 2. Dies fuerit compositior praecedens vespere. Nam postquam mane felicitatis suae partem trahit à praeterito vespere. Matutinas cogitationes nec latas habebit nec sanctas, qui pridie cum tristibus aut pravis quietem auspicatur. Hinc in caenobiiis lex pia & perpetua, Completorium, quod vocant, finitò, linguae ferias indicere, & alium silere. Quies & taciturnitas tunc omnibus imperatur. Vult quis loqui? Deum habet, cum illo sermones mifecit.